

VVICHARDVS PRAESVL SALISBURGENSIS.



Vichardus ille ex illustri familia Baronū de Bolheim, qui in Austria habitant, natus fuit. Is à teneris annis operā literis dedit, ac multarum artium cognitionem acquisiuit. erat etiam uite integritate omnibus conspicuus. Itaq; primo Salisburgēsis decanus electus est, eam uocationē cum optime perficeret, communi quoq; canonicorum consensu eius ecclesiæ Archiepiscopus constitutus fuit, anno circiter millesimo trecentesimo decimo. Is inter alios libros etiam Chronicon Austriæ ad sua tempora usq; composuit, atq; bonas literas egregiè fouit. Vnde merito illustribus Germaniæ uiris ob eruditionem & pietatem inseritur. Auent.

Conrad.Lycost.In Compend. Bibliothecæ.